

Nf. 24.



15
CHRISTIANUS DANIEL Donauer
J. V. L.

LECTIONES

SUAS QUAS PER HOC SEMESTRE
HYEMALE HABEBIT

GENEROSISSIMIS ATQUE NOBILISSIMIS

DOMINIS COMMILITONIBUS

OBSEQUIOSE
ATQUE DECENTER INDICAT.

HALÆ,
LITTERIS SALFELDIANIS.

GENEROSISSIMI ATQUE NOBILISSIMI
DOMINI COMMILITONES!



Beo tempore, quo in hac Fridericiana
vixi, id unicum sæpe cogitationes
meas exercuit, quod adhuc diligenti
mecum cura perpendo, me scilicet
in hac & veræ pietatis & Musarum
fede VIR OS Præceptores nactos fuisse, qui non ex
superstitiosa quadam Veterum Imitatione eorum-
que Authoritate, sed ex limpidissimis fontibus
Doctrinas tradere summopere laborarunt. Nolo
hic in Laudes VIRORUM ILLUSTRIORUM ex-
currere, quorum gravitas atque Modestia jubent,
tacita Veneratione Illos prosequi. Sufficiat mihi
dixisse, VIR OS hosce, qui Almam nostram par-
tim ornarunt, partim adhuc ornant, ita tradidisse
Juris Prudentiam, ut illam cum Philosophia ac
elegantioribus Litteris conjunxerint. Roma
sibi non semper fuit similis, sed varias passa est vi-
cissitudines, quas curatius cum perpenderent

VI.

VIRI isti SUMMI, in explicandis Latii legibus
ita versati sunt, ut primo illas solide traderent,
cum rationibus ex horum temporum statu, &
Ictorum philosophandi ratione petitis; deinde
usum modernum junctis juribus patriis subji-
cerent. Cum enim in multis Jura Romana alienis-
simis a Germanorum institutis rationibus innitun-
tur, ad evitandum illorum Errorem & perversam
docendi methodum qui summa inis miscent,
Differentias utriusque Juris perspicue explica-
runt, Viros Ictissimos hac in parte secuti, ita ta-
men, ut horum inventis non contenti ex diutur-
na meditatione ut & Lectione plura doctissime
adderent. Horum Virorum Vestigiis insistere,
licet mihi nondum datum fit; docendi tamen ra-
tionem in explicando jure Romano, mihi quam
commendatissimam habebō. Quare, cum per
hoc Semestre Juris Prudentiam Romanam expli-
candi animus mihi fit; Generosissimis ac Nobi-
lissimis Dominis Commilitonibus, si qui opera mea
qualicunque uti volunt, id decenter intimandum

du-

duxi. In Lectionibus autem ipsis, & quidem quod Institutiones attinet, textum Justiniani ea qua decet fide & industria enucleabo, ut ipsa juris Romani Ars, quæ in istis continetur, constare possit. Neque Theoreticis meditationibus diutius quam par est, immorabor, sed usum Modernum, & quid cum primis jura patria disposuere sedulo indicabo. Eadem Via in Pandectis explicandis Illustri Böhmero Duce procedam, Horis hisce Lectionibus ex Observantia quadam destinatis. Aut si qui sunt, quibus privatissimis curis in servire possum, ut me adeant, officiose rogantur. Neque illis operam denegabo, qui Principia Juris Naturæ B. Gundlingio Duce haurire volunt. Valet & Laboribus meis favete. Halæ d. v. Octob. M.D.C.C.XXX. Initium harum Lectionum adspirante Numine divino finitis Nundinis Lipsiensibus fiet, in ædibus Simonianis in der grossen Ulrich-Strasse der Thomasischen Wohnung gegen über I. Treppe hoch.



Ja 1586

ULB Halle

3

001 508 687




St

VD 78

VD 78





CHRISTIANUS

J.

LECTI

SUAS QUAS PER

HYEMALE

GENEROSISSIMIS A

DOMINIS COM

OBSEC

ATQUE DECEN

HA

LITTERIS S

uer


RE

US

1

clit

1



Farbkarte #13

Blue, Cyan, Green, Yellow, Red, Magenta, White, 3/Color, Black

B.I.G.

